

cautum est, ne inutiliter, & vane apponeretur; cum in eis Ecclesiis facile divina officia celebrarentur; & ita interdictione redderetur. Nec quod dicebamus de privilegiis, aliquid facit; nam procedit argumentum illud, quando non militat diversa ratio, sed eadem datur, ut in presenti specie militabat: sicut enim de eorum quod Canonici virtute consuetudinis

possunt interdictione sententiam proferre, aut ob privilegium illi concessum illud ab Episcopo possum non servare, non diffiniuntur nervus ecclesiasticæ disciplinæ, sicut ex consuetudine in presenti textu improbat. Similiter neque in casu privilegii, cum ex iuris causis illud Romanus Pontifex concesserit.

C A P U T V I.

Idem a Helensi Episcopo.

Cum olim venerabilis frater noster b Londoniensis Episcopus nostris auribus intimasset, quod in sua Ecclesia propofuerat statuere Præcentorem, certum redditum assignatum eidem sine lesione cuiusquam: nos ejus precibus inclinati & licentiam ei concessimus a Præcentorem hujusmodi ordinandi, dummodo in conferendis sibi redditibus nulli præjudicium inferretur. Nihilominus statuentes, ut Præcentor taliter institutus in sessionibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londoniensi Ecclesia dignitatem, quam habent alii Præcentores in aliis Ecclesiis Anglicanis. Postmodum autem nostris fuit auribus intimatum, quod licet idem Episcopus dilectum filium B. in eadem Ecclesia instituisse Præcentorem, quod tamen a nobis fuerat de prælibata dignitate statutum, biennio jam elapso exequi non curarat. Quapropter tibi dedimus in mandatis, ut illud, sublatò cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, exequi non postponeres, contradiçtores per censuram ecclesiasticam compescendo. Noviter vero dilectus filius Decanus, & quidam alii b personatus habentes in Ecclesia memorata, suam nobis transfirere querelam, quod cum per Anglicanas Ecclesias consuetudines sint diversæ, ac quidam Cantorum minorum, quidam vero majorem habeant dignitatem, nec possint dignitates eorum, cum sint vel variz, vel repugnantes, convenire simul in unam, is qui noviter est institutus in Ecclesia Londoniensis Præcentor, non contentus eo quod habere potest sine præjudicio aliorum, occasione litterarum nostrarum, qualdam ipsius Decani, & aliarum personarum ejusdem Ecclesiæ dignitates sibi nititur in eorum præjudicium arrogare. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolicam scripta mandamus, quatenus si secundum diversas consuetudines locorum, diversas noviter habeat Præcentores in Anglicanis Ecclesiis dignitates, jamdictum Præcentorem illam habere facias in Londoniensi Ecclesia dignitatem, eaque, appellatione remota, permanere contentum, quam rationabilibus, & approbatis consuetudinibus ejus salvis, sine aliquo præjudicio poterit obtinere.

N O T Æ:

a Helensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 5. De Helensi Ecclesia Angliæ egi in c. pastoralis, de restr. & ejus fit mentio in c. 3. de integritate restit. c. ceterum 5. de juram. cal. c. auditus 4. de restit. spoliat. c. 2. de dolo, & contum. c. constitutus 30. c. in nostra, 32. de testibus. Londoniensis. Londoniam civitas regia est in Angliā, Regni caput, vulgo Londres, civibus præcipue alienigenis frequentissima, divitiis ac opibus affluens: in ea Reges diademate insigniuntur, Parlamentum ibi celebratur, & administratur antiquo Britannorum Regum privilegio a viginti quatuor civibus, quos Aldermans, quasi seniores Angliæ vocant. Polydorus Virgilius lib. 2. histor. Angl. hæc refert: Anno 604. ordinatur Archiepiscopus; & sic facta est Ecclesia Cathedratis suffraganeis Archiepiscopi Cantuariensis. Eius mentio extat in c. 1. de renunc. c. 1. de temp. ordinar. c. veniens 5. de sil. presb. c. 1. de officio deleg. c. in nostra 32. de restit. c. G. 11. de fide instr. c. querelam 10. de jurjur. c. 1. de sequis. possit. in 5. compil. ubi Gronovius. c. licentiam.) Hic disputant interpretes, an Episcopus inconsulto Romano Pontifice possit novam erigere dignitatem in sua Ecclesia. Negant Glossa verbo Omnes, in c. 1. dist. 22. & verbo Concessimus, in presenti, in c. cum accessisset, in c. 4. de consil. Mandosus, Romanus, & Pelinus apud Barbosam de dignit. c. 2. num. 2. Affirmant Bartrius, Zabarella, & Abbas in presenti, Selva de benef. part. 1. quest. 4. num. 18. & part. 4. quest. 7. num. 120. Azor 2. part. instr. lib. 6. c. 30. q. 10. Loterius de re benef. lib. 1. qu. 5. na. 16. Zerola in præxi, verbo Beneficia, nu. 36. Valenzuela tom. 1. consilio 33. nu. 87. quorum sententiam ut veriores sequitur Barbosa de c. 4. nu. 2. Nec contrarium probat textus, nam in ejus specie nulla adest mentio consensu Capituli; unde creditur Episcopum solum novam dignitatem statuere intendisse; & sic confirmationem Sedis Apostolicæ postulare. Vel dici potest, ad cautelam tantum petitam fuisse. Quæ interpretatio laudari potest ex epistola 70. lib. 2. regest. 14. ibi: Cum præter decess. & cito presentibus, quæ in Ecclesia tua esse noscuntur, aliis de novo de redditibus mensis tue erant disponas, & de tuorum Canoniceorum assensu statueret, ut vigesimo Canoniceorum numero eadem Ecclesia sit contenta: fraternitati tuæ, de cuius discretionis plenam fiduciam obtinimus; per Apostolicam scripta mandamus, quatenus ad super his, sublatò cuiuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo, de novis Canoniceorum assensu constitutas, & quod nominatum habet, & existens Ecclesie utilitati videtur expedire. d. Præcentorem.) Quisnam vero fit Præcentor, a paucis animadvertendum invenio; credo tamen eundem esse ac Cantorem, c. Clericus, & Præcentor, 21. dist. & tantum pro locorum diversitate diversimode appellatur, aliquando Cantor, aliquando Primicerius, ut docent Manrique de præcenturis, qu. 30. nu. 1. Azor, Reginaldus, & alii apud Barbosam de dignit. c. 9. num. 10. In Ecclesia Lugdunensi etiam Præcentor appellatur, c. cum pro causa, de sentent. excom. & in Ecclesia Senonensi, c. 1. de postulat. Presb. in Ambianensi, c. significavit 48. de appellat. Præcentoris vicarius dicitur Succentor, c. Clericus, inter alios, de excessibus Prelat. De eo egi in c. cum accessisset, de consensu, & Ordinandi.) Id est eligendi, sive instituendi, & si ribi absentis, de præb. in 6. Ordinationis enim in Jure nostro ampla est significatio, cum non solum ordinationem, verum etiam electionem personæ, eisque in aliqua Ecclesia institutionem, & descriptionem significet: de qua re illustra

exempla peti possunt ex Concilio Arclateni I. can. 2. & 21. Arclateni II. can. 54. Carthageni III. can. 46. Cum enim ut ait Budeus in l. honores ff. de decur. ordinare nihil aliud fit, quam aliquem ad honorem, vel magistratum promovere, seu ut loquitur Cicero, ornare, honoribusque augere; ordinatio ecclesiastica nihil aliud est, quam ad ecclesiasticam dignitatem promotio; unde passim in Jure nostro legitimus, aliquem in aliqua Ecclesia ordinari, id est eligi. Plura Hallier. de sacris elect. c. 4. fol. 7. f. Anglicanis.) Angliā enim habet duas Ecclesias Archiepiscopales, Cantuariensem videlicet, & Eboracensem: prima parent ut suffraganei viginti duo Episcopi: secundæ tres substant. Eos refertur Candenius in descript. Angliæ, & Barbosa de pæfectura Episc. tit. 1. c. 7. Carolus a S. Paulo in Geogr. sacra. g Non curat.) Videlicet assignando proventus, & locum in Choro, & Capitulo, sine præjudicio aliorum Capitulum, secundum consuetudinem Ecclesiarum vicinarum, h Personatus.) Sunt personatus in Ecclesiis Cathedralibus tantum quædam prærogativa, seu dignitates quæ præcedunt Canonice, habentque locum honorabiliores in sessionibus, & processionibus; ut docent ultra congestos in c. 8. de rescriptis, & Barbosa de dignitat. c. 4. num. 19. Caesar de Ecclesiast. hierarch. distat. 12. §. 3. num. 10. & Præcentorem, de quo in nostro textu, tantum personatum esse, sentit Rebollus in præxi, tit. Beneficium quæplex, licet contrarium sentiat Petrus Gregorius libro 15. synag. c. 22. unde cum Præcentor noviter institutus voluisset majorem dignitatem obtinere quam alii personatus, inde tam Decanus, quam alii Canonici coram Pontifice comparuerunt.

C O M M E N T A R I U M.

EX hoc textu talis deditur conclusio: In tribuendis honoribus novo dignitati consuetudo vicinarum Ecclesiarum attenditur; & si diversa sint, quæ magis rationabilis videtur; & aliter minus præjudicialis. Quæ conclusio singularis est, per argumentum tamen probari potest ex c. super eo, de consil. c. cum Ecclesia, de elect. c. super eo, de cognat. spirit. leg. cum de lanonci, §. 3. ff. de fundo instr. c. 1. de suppl. lib. 1. leg. tutor 7. §. 10. ff. de administr. tutor. l. quod si nollis 31. §. qui officia, ff. de adilit. editio, l. si servus 56. ff. de legat. 1. l. numerus 75. de leg. 3. illustant Gutierrez lib. 3. præxi. quest. 17. num. 215. alii plures congesti a Barbosa in presenti, & in selectis ad nostrum textum, & allegat. 78. num. 17. Salgado, de præxi, regis, 2. parte, c. 9. num. 18. Elcobar de Regia c. Pontif. c. 24. Bobadilla lib. 2. Polit. c. 10. num. 48. Solorzanus in allegat. pro Cantor, Consil. num. 31. & 55. Manrique de præxi, quest. 18. Castillo de testis, c. 41. num. 64. Alesterra in presenti. Hæc tamen assertio impugnari potest sequenti consideratione; nam in rebis ecclesiasticis non attenditur unius, aut alterius Ecclesie consuetudo, sed tantum Romanæ, c. in casu, de re judic. c. qui nescit, 11. dist. c. 2. de tempore ordin. c. ad abolendam, de hæret. c. consensum, de observ. servator. aut saltem Ecclesie Metropolitanæ consuetudo requirenda est, c. de his, 12. dist. c. ult. de sponsa duorum. Igitur vicinarum Ecclesiarum consuetudo attendi non debet. Deinde cum diversæ sint, quæ minor est attendi debet, argumento textus in l. in stipulationibus, ff. de regulis juris. Sed hæc dubitanti ratione non obstante, vera est dicta assertio, pro cuius expositione primo observo, consuetudinem præcipue attendendam esse in præcedentis, & assignando loco dignitati; unde assignare tribunalia dicitur in l. penult. ff. de in-

de justis, & iura: sedem in provincia, l. 1. ff. de officio Pref. Augusti. & per eam dignitatem agnosci docent Salgado, de proxi. part. 2. c. 9. n. 18. Masfrillus de magistrat. lib. 5. c. 4. n. 30. & consuetudo totum facit in materia præcedentis, l. Trinitatis, c. de officio Prefecti Urbis, l. 5. §. 6. part. 1. Ferron Manrique de præxi. qu. 18. nu. 2. Larrea allegat. 51. nu. 8. Sperellus decif. 76. n. 3. Gregorius XV. decif. 174. num. 2. Solorzanus in allegat. pro Cantor, Indiarum, nu. 31. & 32. Valenzuela tom. 2. consilio 101. nu. 42. plures congesti a Barbosa in selectis ad nostrum text. num. 2. Deinde sciendum est, dignitatem quæ de novo creatur, ita erigi debere, ut quaminimum, aut nullum præjudicium inferat antiquioribus dignitatibus: sicut cum Ecclesia de novo edificatur, ita constructi debet, ut vicina nullum damnum sentiat, cap. ad auctoritatem, de Ecclesiis edific. præcipue cum non credatur Pontificem voluisse confirmare aliquid cum præjudicio aliorum. Valasco consil. 72. n. 23. Ex quibus apparet decidendi ratio ad nostrum textum; nam cum in assignando loco dignitati noviter erectæ attendatur consuetudo, quæ assignat ipsam locum, merito in presenti textu jubetur, in ea parte attendendam esse consuetudinem Ecclesiarum Angliæ; nam in dubiis, si non appareat quod actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequenter, l. in stipulationibus, ff. de regulis juris. Unde in iudicibus bonæ fidei illa usura debetur, de quibus actum est; & si id non appareat, tunc illa veniunt, quæ in regione, in qua contractus, frequenter, l. 1. les. c. in contraria 37. ff. de usuris, l. tutor, §. 10. ff. de administr. tutor. in evictionibus reum venditurum attenditur consuetudo regionis, ubi contractus emptio est, l. si fundus, ff. de evict. in nummis legatis regionis testatoris consuetudo attenditur, l. si servus 50. in fine,

ff. de legat. 1. l. nam 75. de legat. 3. & in aliis contradictis, & actibus semper consuetudo regionis ubi actum est, attenditur, l. 31. §. 19. ff. de adilit. editio, l. 1. in fine, ff. de errore testis. leg. 1. Cod. quæ sit longa consuetudo, l. si de interpretacione 37. ff. de legibus, Malcardus de probat. conclus. 423. n. 11. Valenzuela consilio 33. ex n. 228. Et consilio 34. ex n. 161. Rota apud Farinac. in novis decif. 362. nu. 4. Cyprianus courov. 23. nu. 22. Solorzanus de iure Indiar. lib. 1. c. 23. n. 20. Merito ergo cum Londoniensis Ecclesia sit in Angliæ Regno, jubetur ab Innocentio III. in dignitate Præcentoris statuenda inspicendam esse consuetudinem Angliæ Ecclesiarum. Accedit, nam quemadmodum cum lex deficit in causis noviter emergentibus, ad viciniorum leges recurrit, cap. super eo, de consensu, & id viciniorum legem proximum est, leg. de quibus, de consensu, & id viciniorum legem, 331. ibi: Si quid ultioris, ff. de legib. Quamvis manifestum iudicium proximam sequi debent; ita ad consuetudines proximam recurrendum est. Sed si consuetudines diversæ sint, & dubium, quamquam sequenda sit, emergat, quæ minium iniquitatis habet, eligenda est, argumento textus in l. 56. l. 15. leg. 200. ff. de regulis juris: inde jubetur in nostro textu, eam consuetudinem esse sequendam, quæ magis rationabilis sit, & minus præjudicij inferat. Nec obstat dubitanti ratio; nam distinguendum est inter consuetudinem servandam in sacramentis administrandis, & in juniis Ecclesiæ; & consuetudinem servandam in sedibus; & præcedentis, in primis casibus consuetudo Sedis Apostolicæ sequenda est, quo modo intelliguntur iura in argumento adducta, aut Metropolitanæ Ecclesiæ: secundo vero causa vicinarum Ecclesiarum consuetudo sequenda est. Ita Bohic, in presenti, Cironius in paratitulis ad hunc tit.

Respondetur difficultati.

C A P U T V I I.

Idem Convenit a Corviens Monasterii.

Cum Venerabilis frater noster Episcopus b Hostiensis, & dilectus filius e. L. tituli S. Crucis Presbyter Cardinalis in partibus Alemaniz d Legationis officio fungentur, invenerunt dilectum filium Abbatem de monasterio Hermon, quod ad Romanam Ecclesiam nullo mediante noscitur pertinere, ad monasterium Corviense, quod est etiam e Romanæ Ecclesiæ speciale, propria temeritate migrasse, licentia illud deserendæ, vel confirmatione a nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc ferebant, nec habita, nec petita. Et infra: Postmodum autem nuntii ejus ad defensionem ipsius generalis illius terræ consuetudinem allegarunt. Cum igitur hæc non tam consuetudo, quam corruptela merito fit censenda, quo profecto sacris est Canonibus inimica, ipsam mandamus de cetero non servari.

N O T Æ.

a Corviens Monasterium ubi. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 6. Monasterium Corviense duplex est; unum in Gallia inter Albaniam, & Peronam, ab ipsa Ambianensi per septem leucas distans; illud constructus S. Bathildis, Clodovei secundi Francorum Regis uxori, in honorem Sanctiorum Apostolorum, ut constat ex decretali epistola Nicolai I. relata a Fr. Antonio Yepes in chronico D. Benedicti, c. 2. in append. fol. 2. ibi: Nos igitur considerantes religiofam esse petitionem tuam, & nihil novi nos constitutos; si prædictorum nostrorum decreta sequamur; pastoralis quoque pariter esse officii servorum Dei iugiter insistati, commendatque proficere, decernimus, ut monasterium Corviense, quod ad laudem Dei, in honorem sanctiorum Apostolorum Petri, & Pauli constructum esse digressus, & a Bathilde Regina Evancorum, filioque eius Lothario a principio fundatum, & donariis, rebusque necessariis completatum, quod est in pago Ambianensi, super finium Summe solum veterum suorum in omnibus habeat disponenti regulariter potestatem. Alie quæ spectant ad hoc monasterium, prosequantur Yepes ubi supra, Bolquetus ad Innocentium episc. 1. Renatus Chopinus de sacra politia, fol. 90. Tamayo a Salazar tom. 1. martyrolog. Hist. fol. 47. die 2. Januarii. De hoc monasterio agit in cap. ad petitionem 12. de accusat. Aliud est Corviense, Novum dictum, ad differentiam alterius veteris, in Saxonia, prope Bifurgium fluvium, diocesis Paderbonensis, constructum a Sancto Aderardo monacho Corviensi, ut refertur Yepes ubi supra, Fratres Sarmatani tom. 4. Gallia, fol. 299. de quo agit in presenti, non vero de monasterio veteri, ut notavit Chopinus ubi supra. b Hostiensis.) Hugolinus cognominatus, Agnatinus Comes, Patruelis fratris Innocentii III. Diaconus Cardinalis S. Euthychii, postea R. Pontifex electus, Gregorius IX. appellatus. Ughellius tom. 1. Italia, in serie Episcop. Hostien. & nos in cap. 2. de postulat. Prelat. c. L. Loco dictus, tituli S. Crucis Presbyter Cardinalis. Septem lros presbyteri Cardinales Basilicæ S. Laurentii extra muros; inter eos unus est presbyter tituli S. Crucis in Hierusalem, ut refert Cohelius in notitia, c. 6. d Legationis.) Ad varias legationes misit Innocentius noster prædictum Leonem, sed præcipua fuit in Alemaniam; nam cum Germania continuis affligeretur claudibus Imperatorum, & Othonis, ac Philippii factionibus, Innocentius Legatos misit Leonem, & Hagolinum, ut prædito juramento Philippum absolverent a nexu communicationis. Cujus legationis mentio extat in c. 2. de postulat. Prelat. eam sùle narrat Parisiensis Doctor Spondanus anno 1107. e Romanæ Ecclesiæ.) Monasterium Corviense, sive Corvejenfe, est immediate subiectum R. Pontifici. Innocentius III. lib. 1. epist. 1. regest. 14. ibi: Quanto amplius Corviense monasterium ad ius, & proprietatem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ noscitur pertinere.

res, & specialiter ad eius curam respicit, & tutelam: tanto ad defensionem, & consuetudinem ipsius propofiori cura non oportet intendere. Idem lib. 1. regest. 13. epist. 1. ferebant.) Licet enim Legati non possint transferre Episcopos de una Ecclesia ad aliam, cap. quoad translationem, de officio Legati, Cironius ad titulum de translatione Episcoporum; Abbates tamen transferre possunt, cap. si Abbatem, §. finali de lectione, lib. 6. Unde in presenti Legatus Pontificis potuit translationis auctoritatem præstare.

C O M M E N T A R I U M.

EX hac Innocentii III. decisione sequens vulgo deditur assertio: Consuetudine introduci non potest, ut Abbas exemptus sine licentia Pontificis possit transferri in aliam Abbatiam. Probant enim textus in cap. finali, de rebus, cap. licet, de regul. Illustrant ultra congestos a Barbosa in presenti, Cironius in 5. compil. in dicto cap. ult. de renunt. & in parat. ad titulum de transit. Episcop. Azor part. 1. instr. lib. 5. cap. 18. Tamburinus tom. 1. de iure Abbat. dist. 13. Layman in sum. tit. de Prelat. elect. cap. 19. Petrus Gregorius lib. 2. de elect. cap. 19. Lambertinus de iure patron. quest. 51. princip. art. 2. In hac tamen assertionem pro dubitanti ratione ita insurgit valet. Prohibito translationis Prelatorum de una Ecclesia in aliam, vel de uno monasterio in aliud, tantum est ius Ecclesiasticum, c. 1. de clericis non resid. c. 1. Et per totum, ubi illustrabimus de transit. Episcop. sed passim admittuntur consuetudines iuri Ecclesiastico contrariæ, c. super eo, cognat. spirit. probavi supra inc. 1. hoc tit. ergo & in casu huius textus consuetudo observanda erat, per quam licebat translatio Abbatis de uno monasterio in aliud. Augetur hæc difficultas, nam in electionibus Ecclesiasticis admittitur, & attenditur consuetudo, c. nos, 12. dist. c. padernda, 24. q. 1. c. cum olim, de cler. conjug. c. cum Ecclesia, de causa possit. igitur, & in translationibus Prelatorum Ecclesiæ. Augetur tandem hæc difficultas, nam si in presenti specie Abbas contra jus translati non fuisset, extra muros; inter eos unus est presbyter tituli S. Crucis in Hierusalem, ut refert Cohelius in notitia, c. 6. d Legationis.) Ad varias legationes misit Innocentius noster prædictum Leonem, sed præcipua fuit in Alemaniam; nam cum Germania continuis affligeretur claudibus Imperatorum, & Othonis, ac Philippii factionibus, Innocentius Legatos misit Leonem, & Hagolinum, ut prædito juramento Philippum absolverent a nexu communicationis. Cujus legationis mentio extat in c. 2. de postulat. Prelat. eam sùle narrat Parisiensis Doctor Spondanus anno 1107. e Romanæ Ecclesiæ.) Monasterium Corviense, sive Corvejenfe, est immediate subiectum R. Pontifici. Innocentius III. lib. 1. epist. 1. regest. 14. ibi: Quanto amplius Corviense monasterium ad ius, & proprietatem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ noscitur pertinere. Quæ difficultate sic falcita minime refragant, vera est præsens assertio, pro cuius expositione scire oportet, translationem Prelatorum de una Ecclesia in aliam jam diu in Ecclesia prohibita fuisse; Presbyterorum, & Abbatum finelicitia suorum Prelatorum; Episcoporum vero sine licentia Romani Pontificis, can. 15. Apost. late dicemus in titulo de transit. Episcop. imo adeo exole erant translationes Prelatorum, ut eorum prohibitio cum rebaptizatione conjugatur in c. non licet, de consecrat. dist. 4. Circa Abbates autem sequens observantia viguit; nam si immediate subiecti erant Episcopis, eorum licentia

Conclusio traditur, & præcatur.

Traditur tradita assertio.

Traditur decidendi ratio.

centia desiderabatur, cap. Abbas, 18. qu. 2. si tamen exempti erant, R. Pontificis consensus petebatur, cap. ult. de romanis. In Gallia tamen translationem Abbatum Sedi Apostolica reservatam esse, testatur Cironius ad ritulum de traslat. Episcop. Unde apparet vera ratio praesentis decisionis; nam cum prohibita sit tot Ecclesia canonibus translatio Pralatorum de una Ecclesia in aliam, ex rationibus quas illustrabimus in tit. de traslat. Episcop. inde consuetudo translationem Abbatibus absque superioris licentia permittens, non potest ut rationabilis iudicari, & ita tamquam corruptela iuste improbat in praesenti textu. Accedit, nam petere licentiam a superiore, spectat ad obedientiam superioribus debitam, ut ex citatis iuris constat: sed contra obedientiam superiori debitam nulla praeribitur consuetudo, cap. cum ex officio, de prescrip. Glossa verbo De consuetudine, in c. cum inter, hoc tit. ergo consuetudine introduci non valet, ut non obtemperatio superioris licentia, Abbas se transferat in aliud monasterium. Amplius, nam nihil tam naturale est, quam eo genere quicquid dissolvi, quo colligatum est, cap. 1. de reg. jur. leg. nihil tam naturale, ff. eod. sed Abbas immediate sub-

jectus Romano Pontifici, ab eo confirmationem petit, d. ult. de romanis, ergo eius licentia, & absolute indiget, ut in aliud monasterium se transferat, quam consuetudo implere non valet. Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, cui facile satisfaciendum est ex saepius repetitis in hoc titulo, videlicet praesentem consuetudinem, & similes non improbari, quia sacris canonibus contrariae sunt, alias nunquam daretur consuetudo contra sacros canones; sed quia ratione destituta, ut contingit in cap. inter, de excessibus Praelat. cap. cum decorem, no vira et honeste clerici, cap. si Episcopis, de punit. cap. 1. de consuetud. lib. 6. tales enim consuetudines ut corruptela improbantur, licet illa quae rationabiles sunt, in electionibus, & aliis actibus Ecclesiasticis admittantur. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis; nam praeterquam quod in praesenti textu non deciditur, an Abbas translatum inconsulto Pontifice, sustinendum sit in prima Abbatia, an vero utraque sit privandus; est demum tolerari in prima, id procedit propter iustam ignorantiam, quam ob praedictam consuetudinem Abbas habuit.

CAPUT VIII.

a Idem Decano Salesbriensi, A. Archidiacono, & Magistro Pulverel, Canonico Parisiensi.

Cum dilectus filius b Andreus Ecclesiae monachus, qui pro c electio eiusdem Ecclesiae se gerebat, & G. Daubis monachus, ac procurator monasterii d Karroffensis super iure eligendi e Abbatem Andreus monasterio, & de electione eiusdem invicem in nostra praesentia litigarent, idem electionem suam a Fratris Andreus concorditer celebratam, auctoritate petiti Apostolica confirmari, afferens tam de iure communi, quam q privilegio specialis eis a Ser. Alexandro Papa b praedecessore nostro concessio, & a nobis postmodum confirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eisdem Fratres tantummodo pertinere. Nam de iure communi omnis congregatio monachorum eligere sibi debet i Abbatem: & in eisdem Alexandri privilegio continetur, ut obente monasterii Andreus Abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astucia, seu violentia praeparatur, nisi quem Fratres, vel eorum pars consilii favoris secundum Deum, & B. Benedicti regulam duxerit eligendum. A nobis quoque praedictis Fratribus dignoscitur esse concessum, ut licitum sit eisdem cum Ecclesiam Abbate vacare contingeret, personam idoneam de gremio eiusdem Ecclesiae, vel aliunde per regularem electionem sibi praerere in Praetorem Karroffensi monasterio praesentandam, ut ab ipso confirmationem accipiat, & reverentiam ei, quam debet, impendat. Dicitur vero f G. procurator proposuit ex adverso, quod cum olim ad petitionem Comitum Balduini, uxoris, & filiorum eius, Andreus Ecclesiae Patronorum, a bonae memoriae G. Morinensi Episcopo fuerit K constitutum, quod si praesatus locus divino more adeo l pullularet, ut prior, aut Abbas constitueretur ibidem, electio ejus penes Fratres ejusdem loci, & Capitulum Karroffense penderet, & huius obtentu statui sic fuerit longe retroactis temporibus observatum, ut monasterio Andreus vacante, Andreus Fratres in Karroffensi Capitulo aliquem de gremio monasterii Karroffensis sibi eligere in Abbate, electio praedicti G. tam contra statuti tenorem, quam etiam contra consuetudinem approbatam, quae optima est legum m interpretes, minus canonice attentata, merito cassari debeat, & mandari fratribus antedictis, ut iuxta quod est haecenus observatum, procederent ad electionem Abbatis. Et infra: His igitur, & aliis, quae coram nobis utrinque fuerunt proposita, perpeticiter intellectis, qui nobis consistit electionem ipsam a suspensione, & de suspensio etiam esse a celebrata, ipsam de consuetudine nostrorum consilio, iustitia cassavimus exigente. Ceterum cum supra dictum statutum, videlicet quod penes Fratres ejusdem loci, & Capitulum Karroffense penderet Abbatis electio, ita sane potest intelligi, quod per illud neque iuri communi, nec privilegio derogetur, ut videlicet ad praedictos Fratres electio spectet Abbatis, ad Karroffense vero Capitulum confirmatio: devotioni vel respectui praesentium mandamus, quatenus auditis hinc inde propositis, si ex parte Karroffensis cenobii talis fuerit consuetudo probata, quae iuri communi praedictis, in hac parte vos secundum illam consuetudinem decernatis electionem Andreus Abbatis de cetero faciendam: quod si talis consuetudo probata non fuerit, per quam in hoc praedictum iuri communi, vos Andreus monachis jus eligendi Abbatem, sub lato appellacionis obstaculo, adjudicare curetis, ut sic de cetero liberam habeant facultatem de gremio Ecclesiae suae, vel aliunde per electionem canonicam eligendi personam idoneam in Abbate, praesentandam Karroffensi Capitulo, ut ab eo, si fuerit canonice, confirmetur.

NOTA.

a Idem.) Ita legitur in hac sexta collectione, & in tertia sub hoc tit. c. 7. sed emendanda esse inscriptio in hunc modum: Idem Decano Salesbriensi, & Archidiacono, & Magistro P. Pulverel, Canonico Parisiensi. Ita enim eam restituo ex l. 2. epist. Innoc. III. reg. 14. epist. 19. ubi casus praesens refertur: quare ad hujus textus illustrationem eam transcribere ex editioe Bosqueti opera pretium duxi.

Hugoni Abbati, & Conventui Karroffensi.

Inter Ecclesiam vestram, & Andreus cenobium super iure eligendi Abbatem Andreus, dudum questione subortam, postquam super ea fuit in nostra praesentia diutius discussum, dilecto filio Decano Salesbriensi, & Archidiacono, & Magistro P. Pulverel Canonico Parisiensi dedimus in mandatis, ut auditis hinc inde propositis, si ex parte vestra talis foret consuetudo probata, quae iuri communi praedictis, merito in hac parte ipsi secundum consuetudinem eandem decernerent electionem Andreus Abbatis ulterius faciendam. Quod si talis consuetudo, per quam in hoc casu praedictis, iuri communi, minime probaretur, ipsi Andreus monachis jus eligendi Abbate, sub lato appellacionis obstaculo, adjudicare curarent. Ut sic postmodum obtinerent liberam facultatem, vel de Ecclesiae suae gremio, vel etiam aliunde, per electionem canonicam, eligendi personam idoneam in Abbate, praesentandam Capitulo Karroffensi, ut si esset canonice, confirmaretur ab ipso. Quod si forsitan partes malent, ut nobis sententia servaretur, ipsi causam instructam ad nostrum examen remittere procurarent, praesentibus partibus terminum competentem, quo in nostra compareret praesentia, receptura iudicium aequitatis. Quod si omnes his exequendis interesset non possent, duo eorum ea nihilo minus exe-

qui procurarent. Qui postmodum testibus utriusque partis receptis, & tam instrumentis & rationibus, quam confessionibus & allegationibus etiam diligenter inspectis, cum iudices super sententia proferenda tractarent, & unus eorum, videlicet Decanus, averteret sibi de causa meritis non liquere, quam ad nostrum cupiebat examen remitti, reliqui duo iudices, sicut ex litteris intelleximus eorumdem, cupientes negotium expedire, prout partes pluries instantanter petierant, postquam in causa renuntiatum fuerat, & conclusum, auditis specialiter postea quae fuerunt a partibus proposita coram eis, cum iam sententiam, quam de consilio peritorum conscripserant, intendere promulgare, Andreus monasterii procurator quadam suspitionis causas proposuit contra eos, de quibus ante nullam fecerat mentionem, & ad cognoscendum de ipsis, arbitris non petitis, recessit ab eis. Sed dicti iudices nihilo minus sententiam decreverunt, cum in Andreus cenobio immineret Abbatis electio faciendi, & Andreus monachi ab Abbate & Capitulo Karroffensi eligendi Abbatem licentiam peterent, & eligere postmodum personam idoneam de gremio, & professi Ecclesiae Karroffensis, ita quod in Capitulo Karroffensi eligere minime tenerent. Cum autem nuper dilectus filius G. Daubis monachus vester, & Vv. Andreus Ecclesiae procuratores propter hoc ad Sedem Apostolicam accessissent, & super antedicta sententia litigassent aliquando coram nobis, nos qui ex officio nostri debito his quae praesens tenentur insinere, compositionem amicabilem, & utriusque monasterio utilem scimus inter eos, quam ipsi demum pariter acciperant, ut videlicet Andreus monachi, qui minime sunt, & qui pro tempore fuerint, Karroffensi Abbati professionem faciant apud Andreus monasterium, promittendo eidem obedientiam, & reverentiam regularem. Cum autem in Andreus Ecclesia occurrit electio faciendi, Andreus monachi de professis monasterii Karroffensis, sive de suo, sive de monasterii Karroffensis collegio personam idoneam libe-

libere sibi eligant in Abbate. Electus vero Karroffensi praeterea Abbati, qui electionem de iure factam confirmare vel infirmare procurat, sicut de iure fieri faciendum. Confirmatio autem a Diecesano benedictur Episcopo, & singulari triennii monasterium vifitet Karroffense, ac census nomine viginti solidos sterlingorum annuatim perfolvat eidem. Praeterea Karroffensis Abbas annis singulis, si voluerit, per seipsum, vel per duos ex suis monachis Andreus monasterium vifitet, cui Andreus Abbas in Choro, Capitulo, refectorio, & aliis locis, utpote Patri Abbati, cedat. Qui cum consilio Andreus Abbatis corrigat, si quid in membris Andreus cenobii fuerit corrigendum. Quod si quidquam corrigendum fuerit in Abbate, id cum seniorum, & saniorum Fratrum ipsius loci consilio Abbas corrigat Karroffensis. Nos igitur compositionem eandem a praesatis procuratoribus approbatam, de communi fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica confirmamus, & praescripti patrocino communivimus, & statutentes eandem perpetuis temporibus violabiliter observandam. Nulli ergo, &c. hanc paginam nostrae confirmationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Laterani, Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno 14. De diecesi Parisensi jam supra egi in c. fin. de refer. de Sarisberienfi agam in c. 28. de appellat.

b Andreus.) Male in aliis compilationibus legitur Mandransi. Andreus enim monasterium fuit fundatum inter alia a Comite Flandriae Balduino, ut refert Iperius in chron. S. Bertini i. ibi: Joannes Borinensis Abbas 39. consecratus est anno Domini 1081. Fuit Abbas anno 3. Balduino Ghisnarum Comes, & Ingelramus Liliariensis a peregrinatione S. Jacobi redeuntes per Pictavianam, hospitiis fuit in monasterio Karroffensi, & videntes ibi religionem bene vixere, & de monachis Karroffensibus statim ad hos partes duxerunt; & quidem Balduinus Andreus, Ingelramus vero Hainensis monasterium in honorem S. Salvatoris fundaverunt anno Domini 1084. Meyerus in anal. Flandriae: ex eis notatur Bosquetus in notis ad Innoc. lib. 2. epist. 18. reg. 14. Yepes 1. 6. chron. centur. 7. c. 3.

c Pro electio.) Perperam in Decretalibus legitur pro electio, electus enim fuit Abbas monasterii Andreus, & simul procurator defensus ad electionis causam prosequendam coram Rom. Pontifice, ut constat ex dicta epist. 19. unde non solum ut electus electionem suam prosequeretur, quod facere poterat, c. cum dilecti, de electione, verum etiam ut procurator d Karroffensis, Karroffium monasterium est S. Salvatoris, ordinis D. Benedicti, diecesis Pictavianae, quod construxit Rogarius Comes Lemovicensis cum Euphrasia ejus uxore, cujus meminerit Theophilus Aurelian. lib. 3. carminum, c. 8. & de eo egerunt Fratres Sarmat. 4. Gall. Christi. fol. 220. Bosquetus ad Innoc. III. in d. epist. 18.

d Abbatis.) Frequens controversia inter monachos oriebatur ob praelationem, quam unum monasterium supra aliud habere intendebat. f Confirmari.) Abbates enim electi debent petere confirmationem, si exempti sunt, a R. Pontifice, alias a proprio Episcopo, c. cum venerabilis, hoc tit. c. Abbates, de elect. l. 6. g Privilegio specialis.) Sapius enim confirmationis gratie privilegium idem continet, ac jus commune, c. veniens, de elect. c. 1. juxta vulgarem intellectum, de refer. c. 1. quia quod privilegio speciali cautum est, & singulariter promittitur, plus foret timeri, ut de voto dicitur in c. quatuoriam, dist. 23. Docent Gironius ad 5. comp. in c. 3. de elect. & tunc privilegium jus, quod ante competeat, non mutat, sed firmat, cap. post electionem, de concess. prob. cap. auditis, de prescrip. cap. cum persona, §. quod si, de privil. in 6. lib. forma, §. finali, ff. de consensu, & ideo qui illud impetravit, non creditur a jure sibi competente recessisse, ut probat Solozanus de iure ind. l. 3. r. 1. c. 1. n. 38.

h Praedecessore nostro.) Varia enim privilegia concesserunt his monasteriis Alexander II. Urbanus II. Lucius II. Alex. III. ut constat ex dicta epistola 19. Alexandri II.

i Abbatis.) Cap. ult. 17. q. 1. c. Abbatis, cap. quam sit, 18. q. 2. c. 1. de electione, ubi late probabimus. j G.) Gerardo videlicet, ut constat ex Meyero in annalib. Flaviae. Morinum est civitas dicta Torcana; & Morinorum retinet nomen, quomvis eversa a nostro invictissimo Carolo V. & ejus Episcopalis Sedes in Bononiam translata esset. Ughelius in descriptione Bononiae. Morinensis Ecclesia mentio extat in c. 2. de alienatione judicis, c. ex parte 67. c. insinuas 68. de appellat. c. 1. de solutione, c. ultimo de conscrip. utili, ubi Gironius in 5. comp.

k Constitutum.) Licet enim Episcopus per se non possit unam Ecclesiam alii subicere, nec quid statueri in praedictum eorum, qui iam instituti sunt in ea, c. cum olim, hoc tit. c. 3. de Ecclesiis adhaerentibus; tamen tempore fundacionis potest ad petitionem patroni statueri, ut Praelatus electus confirmetur ab alio monasterio, c. nobis, de jurapaton. c. Abbatis, de v. §. c. 1. 18. q. 2. tunc enim valet tale statutum, quia ante fundacionem non irrogatur praedictum alicui. Angujanus l. 2. de legibus, c. 2. n. 21.

l Pullularet.) Id est, religiosus & preventibus augetur; tunc enim eligens est proprius Praelatus, cum qualibet congregatio debeat habere suum Praelatum, c. 1. de elect.

m Interpretes.) Inter alios consuetudinis effectus praecipuus est interpretari sibi scriptum, l. si de interpretatione, ff. de legibus, cap. curiam, de sepul. Docent Duarenus ad ritulum de legibus, cap. 11. Doncl. lib. 1. comment. cap. 25. Suarez lib. 7. de legibus, c. 17. Molina l. 2. de primis, c. 9. n. 58.

n Celebratum.) Hic duo sunt notanda. Primum, suspensionem non posse eligi, nec eligere ad dignitatem Ecclesiasticam, c. cum inter R. de elect. c. cum bene, de stat. & qualis. Suarez de censuris disp. 37. sect. 1. n. 34. & c. 4. de relig. lib. 2. c. 4. & 6. Barboza de potest. Episc. tit. 1. c. 3. n. 24. & de dignit. c. 41. late dicimus in d. cap. cum bene. Secundo, quod Pontifex pronuntiat non solum super consuetudine, & de qua principaliter agebatur, verum super suspensione; quod duplici ex causa facere potuit. Prima, quia deducta suspensionis causa fortassis fuerat in ipso processu; secunda quia cum confirmatio peteretur a R. Pontifice, poterat inquirere super electione, & persona electi, c. nihil, de electione. o Electio.) Hoc enim verbum electio, diversimode potest interpretari: si illud uniformiter sumatur, sequitur absurdum; licet enim electio stricte sumpta tantum cooptationem inducat, tamen pro confirmatione hic sumitur. Ita post plures Vela 1. 2. differ. 28. n. 44.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu prout jacet apud Raymundum, talis deditur assertio: Consuetudine induci potest, ut una Ecclesia de gremio alterius sibi eligat Praelatum. Probat textus in c. Abbate, de v. f. Illustrant Gonzales in regul. 8. glossa 8. n. 109. Sylvestri in summa, verbo Electio 1. quest. 1. Petrus Gregorius de elect. cap. 6. n. 9. Julius Lavotius eod. tract. tit. 4. c. 16. Suarez de religione, tom. 4. lib. 2. cap. 3. n. 11. Tamburinus de iura Abbatum disp. 5. q. 1. Layman in summa de elect. tit. de elect. q. 19. c. 2. Duarenus de sacris lib. 5. cap. 1. Bosquetus in d. epist. 17. Fragolo p. 2. de regimine, disp. 24. §. 1. Ballamon in can. 4. Synodi Constantinopolitanae, de Allectura hic, Gibalindis 1. 2. scient. can. l. 6. c. 4. q. 2.

2. ad versus istam assertionem pro ratione dubitandi ita infurget potest. Consuetudo sacris canonibus contraria, ut corruptela debet cassari, c. t. c. cum venerabilis hoc tit. sed haec consuetudo, ut eligatur Abbas praelatus de alio monasterio, reputatur sacris canonibus, de quibus in c. Abbate 18. quest. 1. c. nullus, de elect. lib. 6. Clementina, Ut rationi, de elect. ergo consuetudine induci non potest, ut Praelatus de alterius monasterii congregatione eligatur. Aegretur haec consideratio, nam haec consuetudo erat irrationabilis, siquidem ratio naturalis dicitur, ut homines dispari professionis simul non socientur, Clementina 1. de elect. praecipue cum non omnes monachi conveniant in regula, & vivendi norma, c. sane de regular. & sic monachus alterius monasterii non recte degit cum aliis, c. in novo, 26. q. 7. Deinde, nam non debet in magistrum eligi, qui adhuc in eo monasterio discipuli officium non assumpserit, c. cum magisterium, c. cum monasterium, de elect. nec praeficiendum ut superior est, qui inferior subesse non novit, extravaganti cum in magistrum, de elect. ergo consuetudo, de qua in praesenti, tanquam juri & rationi contraria, sustineri non poterat.

Adhuc juri & rationi congrua est nostra decisio, ad cujus expositionem sciendum est primo, illo auro quidem Religio, sae vetustatis auro, dum monasteria unius ordinis unum privilegium non habebant, & quodlibet suum Praelatum agnoscere, illum debuisset eligi ex monachis ipsius congregationis, c. Abbas, c. quam sit, §. de summo, c. Abbate 18. quest. 2. c. congregatio 16. q. ult. & ab ipsa congregatione electionem esse faciendam, c. nec amovitis, cap. nullus invitatus, cap. obitum, 68. dist. c. 64. regule S. Benedicti. Carolus Calvus in privilegio Stradani monasterio dato, ut habetur l. 2. viza S. Gemulphi, c. 12. ibi: In clausula demum praescripti decreti statutum est: ut per seculare aeterna locum ipsum inhabitantes, & suis, non aliunde petitis personis, eligere possent, quibus sacra praesentis loci committeretur, a quibus censibus totius gubernatio aequa iure traderetur. Idque non cuiusquam mortalium vi, sed fratrum consensu, quomodo fieri quam maxime decrevit Carnotensis epist. 47. & 120. Postquam tamen monasteria non sunt ita divisa, sed unum corpus faciunt, & ab uno superiore, Provinciali videlicet, vel Generali gubernantur, non desideratur, nisi ut electus in Praelatum sit ejusdem Ordinis, licet non professus in eodem monasterio, Clem. 1. de elect. Suarez supra, c. 3. Quid tamen in Gallia procedat, late refert Renat. Chopinus lib. 1. monast. tit. 1. per totum. Secundo sciendum est, consuetudinem quam plurimum posse circa electiones Praelatorum, tam in Ecclesiis regularibus quam secularibus, c. quorundam, de elect. c. cum Ecclesia, de causa possess. ut consuetudo, qua introducitur, ut Canonici Praetorem non eligant, nisi prius Princeps certior factus sit de morte praedecessoris, quoniam haec consuetudo praedictis Ecclesiae non inferat, Abbas in c. cum terra, n. 4. de elect. item ut Canonici sibi eligant inferiores Praelatos, irrequisto Episcopo, c. cum Ecclesia, de elect. vel Episcopus solus eligat, c. ex necessitate, de his qui sunt a Praelato, item ut abentes non vocentur ad electionem, ut observari in Tuscia refert Glossa in c. finali, hoc tit. item potest consuetudo alias habilem ad eligendum, reddere inhabilem, Glossa verbo Rapuerunt, in c. olim, de clericis conjugatis, cum antiquae consuetudinis magna auctoritas sit, c. cum consuetudinis, hoc tit. Ex quibus proliat vera nostri textus ratio, nam cum constitutio, ut Abbates eligantur ex propria congregatione, sit juris positivi, & consuetudo vincere possit jus positivum, c. finali, hoc tit. atque in electionibus plurimum facit; inde Innocentius decrevit in praesenti, consuetudine induci posse, ut de congregatione Karroffensi Andreus monachi teneantur sibi eligere Abbate. Accedit, nam quod consuetudine introductum est pro interpretatione legis, perinde est atque si in ipsa lege cautum esset, c. cum consuetudine.

font. de instit. late illustrat Solorzanus 1. 2. de iure iudic. l. 2. c. 21. n. 24. igitur sicut lege caveri poterat, ut Abbas eligere de altero monasterio, ita & consuetudine id introduci poterat.

Nec obstat ratio dubitandi supra adducta; nam licet consuetudo, de qua in nostro textu, deroget legibus Ecclesiasticis, cum tamen rationabilis sit, sustinetur, alias nunquam daretur consuetudo sacris canonibus contraria. Nec argumens difficultatis aliquid facit, nam rationes in eo expente tantum sunt congruentia, non vero simpliciter, & necessario observanda, precipue cum Abbas in nostro textu eligatur eadem religione, licet non ex eadem congregatione, aut monasterio; quia in eo datur observantia regulae, disciplinae monasticae, & aliorum, quae in propriis monachis desiderantur.

Ex quibus lucem accipit textus in c. Abbate, de v. f. ubi proponitur, quod vacante monasterio S. Silvani, Monachi elegerunt in Abbatem unam ex proprio monasterio, & confirmationem a Morienfi Episcopo petierunt, ut in nostro textu. Monachi S. Bertini praedictam confirmationem contradixerunt; & procuratores ipsorum coram Innocentio nostro comparuerunt: Monachi S. Bertini proposerunt & probarunt, jam per 40. annos Abbates eligi de congregatione S. Bertini, & privilegium Paschalis Pontificis exhibebant, quo praedicta possessio fundata erat: ex adverso vero monachi S. Silvani asserunt, nullam praescriptam fuisse consuetudinem, sed tantum aliquando pro bono pacis permittit, ut monachi S. Bertini elegerunt in Abbates. Quibus & aliis iudicis, Innocentius III. decrevit, ut deinceps Abbas monasterio S. Silvani praeficeretur ex congregatione Sancti Bertini, & persona idonea inveniantur in iplo; quae decisio ex nostra lucem accipit, nam cum consuetudo per 40. annos fuisse praescripta, necnon privilegium Pontificium adfuerit, iuste air Pontifex, Abbatem eligendum esse ex monachis S. Bertini: nobilitatem tamen proponit Pontifex exceptionem, videlicet cum persona idonea adfuerit, nam cum praecipua causa privilegii esset, quia magis frequenter persona idonea reperiebatur in monasterio S. Bertini, & cessante causa privilegii, cesset privilegium, plures relati a Suarez l. 8. de legib. cap. 30. necessario deficienti causa deficere debebat facultas

eligendi; quae exceptio etiam subintelligenda est in nostra specie, cum idem casus sit, & eadem decisio.

Sed superiori doctrinae adversatur textus in cap. cum causam 28. de elec. ubi proponitur, vacante prioratu Ecclesiae S. Petri Lucanenfis, Ordinis D. Augustini, Canonici ipsius Ecclesiae quemdam presbyterum nomine Bonum in Priorem elegerunt, alios autem Canonicos electioni se opposuisse, afferendo praedictum bonum non esse in ea religione profectum, & iure communi non profectum eligi in Pralatum non posse, c. nullus, de elec. l. 6. Clementius 1. de elec. c. cum in Magistrum, eod. tit. Covar. in c. 2. de testam. n. 1. Antonius Augustinus in epitome, lib. 9. tit. 45. Tamburinus de iure Abbatum, disp. 5. q. 10. Barbosa lib. 1. de iure Ecclesiastico, c. 17. n. 31. Adversarii vero asserunt, jam per longum tempus consuetudinem in ea Ecclesia inolevisse, ut non profecti in Abbates elegerunt. Consultus fuit R. Pontif. qui decrevit, quod non debemus attendere quid factum, sed quid faciendum sit; & cum homines disparis status non sint asociandi, inde praedictam consuetudinem tamquam corruptelam esse improbandam. Ex quo textu sic infero: si idem decisionibus, quibus prohibetur, ne alterius congregationis monachus in Pralatum eligatur, eidem prohibetur, ne qui adhuc profectus non est, in Abbatem eligatur, dicto c. nullus, 61. dist. dicta Clement. 1. de elec. sed consuetudine introduci non potest, ut non profectus eligatur in Abbatem, quia repugnat praedictis canonibus; ergo similiter consuetudine non valebit induci, ut monachus alienus praeficiatur alieno monasterio. Cui difficultati satisfaciendum est dicendo consuetudinem, de qua in dicto c. cum causam, non solum repugnare dictis sacris canonibus, verum irrationabilem esse, & contra bonos mores, c. nemo, 16. q. 1. c. periculis, 18. q. 2. non enim sub eodem texto dispar debet esse professio; c. in nova, 16. q. 7. c. cognovimus, 11. q. 2. cum in expertis in disciplina monastica non debeat praescribi monachis, cap. quam Episcopus, 24. dist. c. cum monasterio, 19. q. 3. c. cum ad nostrum, c. cum Magistrum, de elec. Unde cum consuetudo irrationabilis, non consuetudo, sed corruptela fit, ad nostram, hoc tit. ideo ibi consuetudo non sustinetur, nec ea valet introduci, ut non profectus eligatur in Abbatem.

C A P U T I X.

Honorius III. a Pariens. Capitulo.

Cum consuetudinis, usaque longevi non levis sit b auctoritas, & peremptoria discordiam pariat e novitates, & auctoritate praesentium inhibemus, ne absque venerabilis fratris nostri Episcopi d consilio, & consensu immutetur Ecclesiae e vestrae constitutiones, & consuetudines vestras approbatas, vel etiam novas inducatis, irritas decernentes, si quas forte fecistis in ipsius Episcopi praedictum, f postquam esset regium Parisiensis Ecclesiae adeptus.

N O T A E.

a Pariens. De Honorio III. & eius compilatione egimus in c. ex parte, de consil. De Parisiensis Ecclesia in c. fin. de refer. Verba nostri textus reperuntur in quinta compilatione edita ab Innocentio Girono in c. unico, hoc tit.

b Astoribus. Verba sunt textus in l. 2. c. quae sit longa consuet. & reperuntur in c. fin. hoc titulo, consuetudinis enim magna auctoritas est, ut passim in hoc tit. diximus; siquidem potest legem abrogare, corrigere, mutare, ut dicitur in c. fin. hoc tit. & probant Durandus ad tit. de legib. c. 12. Maderus animadu. c. 5. Bronchorst. cont. 1. affert. q. Amaya in l. 1. c. de amonit. n. 56. Tuldenus & Perez ad tit. C. quae sit longa consuet. Suarez de legibus, integro libro de consuetud.

c Novitates. Cap. quae novitates, 11. dist. l. 2. de consil. princip. l. 18. tit. 1. part. 1. D. August. epist. 128. Ista mutatio consuetudinis, etiam quae advenit utilitate, novitate perturbat. Diofantus lib. 52. Optimum esse immutari omnes & ambiguae certam vim prius stituerit, atque adeo nec romana nova, nec aliud quid permittere, ex quo passim erit discordia. Tacitus lib. 14. annual. Non quis audiam super omnibus negotiis moliri, & quoque vestitus proclivum, & quae convenerunt, in deterius mutari. Aelianus lib. 1. de varia historia. Super numero etiam mutatio in melius maiorem malorem solus esse principum. Et novitatis inevitabilis effectus est discordia seminare, & Republicam turbare. Caesar l. 6. de bello Gallico, ibi. Nemo est tam fortis, qui vel novitate non turbetur. Ex Aristotele relet Patricius lib. 3. tit. 1. de repub. hec verba: Civitatis statum diligant, contentique omnibus inclinant, nihil agitent quod alienum, novumque sit, sed eam eorum in persequi, quam maiores instituerunt, quaque aliorum vestigia vestigia sunt, novitatem enim rerum studium semper vembulicam labefactam fies. Nihil enim periculose sunt in quacunque republica, aut communitate novitates, ut eas impugnantibus probant Lipsius lib. 7. part. 1. c. 11. & lib. 4. cap. 9. & lib. 6. cap. 3. Cocherius in thesaur. polit. lib. 3. c. 4. Sababedra emblem. 19. Valenzuela consilio 24. ex n. 2. conf. 52. ex n. 50. & conf. 4. n. 35. & conf. 70. ex n. 70. Pinellus in l. 1. n. 2. p. n. 2. de ref. Manchaca de success. cont. p. 312. Solorzanus de iure Ind. tom. 2. lib. 1. c. 4. n. 73. Salgado de sup. ple. 1. parte, c. 6. n. 1. & 146. c. 11. n. 4.

d Consilio. Raymundus omisit hoc verbum, forsan, ut suffragum; nam minus est consilium alicuius desiderari, quam consensum; qui enim tenetur alicuique facere de consilio alterius, adimplet si petat, etiam illud non sequatur, c. cum olim, ubi Doctores, de arbit. qui vero consensum alterius tenetur expectare, non solum illam petere, verum & sequi tenetur,

C O M M E N T A R I U M.

EX hoc textu communiter a repetentibus talis deducitur assertio: Capitulum sine consensu Episcopi antiquas consuetudines Ecclesiae mutare non potest. Probant eam textus in cap. si quis, 12. q. 2. c. cum accessissent, cap. cum M. de consil. Illustrant ultra congetas a Barbosa in praesenti, Berouus in cap. cum omnes, num. 3. de consil. Suarez de legib. lib. 4. cap. 6. num. 11. Angujanus lib. 2. de legib. c. 4. fere per tot. Gironus in notis ad hunc textum, Hugo Grotius in flor. juris, l. 1. minime, ff. de legib.

Sed haec assertio impugnari poterit sequenti juris consideratione. Certum est consuetudinem, quantumvis longevam, & legitime praescriptam, posse tolli lege scripta, vel alia consuetudine in contrarium introducta, ut probat Suarez de legib. l. 7. c. fin. & ita Principem posse abrogare quamcumque consuetudinem, constat ex c. 1. de consil. l. 1. §. sed & hoc, c. de veteri iure emul. Sicut enim lex tollit consuetudine, cap. ut, hoc tit. ita & consuetudo tollit contraria lege. Sed Capitulum potest condere statuta, & sibi leges statuere, non solum Sede vacante, verum etiam vivente Episcopo, absque eius consensu, cap. constitutus, de rescriptis, cap. cum dilectis, de clericis non resident, igitur poterit illis statutis mutare, & abrogare anti-

antiquas consuetudines, etiam sine consensu Episcopi. Secundo contra rationem, quam adducit Honorius in praesenti, videlicet novitates non esse introducendas, ita insurgit potest: Si utilitas adest, non lege condenda sunt, et si novitates inducant, quin iniustum, aut illicitum sit aliquid ex majorum moribus innovare, l. penult. C. de consil. Princip. nam ut ait Innocentius in c. non debet, de consang. & affinit. Non debet irrationabiliter iudicari, si secundum variationem temporum statuta quocumque quibusvis ratione humana. Illustrant Juris et Symmachum epist. 2. Sarmiento l. 2. de elec. c. 4. n. 9. Simanchas de carob. tit. 31. n. 28. Bobadilla l. 2. polit. c. 1. n. 9. cum ob mutationem temporum & morum quotidie videamus leges mutari, & reipublicae regimine, l. 2. C. de veteri iure, ibi: Equales equitas est, ut promulgare quae iusta sunt, ut antiquare quae graviora. Tempore enim consensuant, & motiuntur leges, & Claudianus ibi:

Priscam resumptam
Canonem leges, emendatque vetustas

Acceduntque nova.

Igitur si in praesenti specie adest utilitas, et si novitates sequeretur, Capitulum poterat novis statutis veteres consuetudines abrogare.

Adhuc tamen defendenda est praesens assertio, pro cuius vera ratione capeienda scire oportet, Capitulum cum Episcopo efficere unum corpus, cuius caput Episcopus est, Canonici vero membra sunt, c. novus, de his qui sunt a Pralato. unde Episcopus utitur Canonici ad consilium, & sine eorum assensu aliquid de Ecclesia disponere non potest, c. 1. & per totum, de his qui sunt a Pralato. Hoc ius praedicti assensum, canonium honorem appellat Innoc. III. in c. propositus, de concessione praeb. & ideo Canonici ab Episcopo fratres appellantur, c. 2. de his qui sunt a Pralato. & apud Gracos praedictos Episcopi vocantur, id est Senatus Ecclesiasticus Praesides, ab exedris, five peritillibus, & claustris Ecclesiarum, in quibus omnes conventus sibeant. Canonici vero apud eos dicuntur Synopio, id est assidentes & consilarii; unde cum gubernatio Ecclesiae spectet ad caput ipsum, hoc est Episcopum, non debent Canonici sine eius consensu veteres consuetudines immutare, cum membra non debeant recedere a capite, & sibi assilumere officium illius, c. cum non liceat, de preser. & cum inferioribus sint Canonici, Episcopo parere debent, c. cum inferior, de major. & obed. Accedit, nam consuetudines antiquae novitatibus non sunt abrogandae. D. Aug. epist. 118. c. 5. ibi: Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quae adjuvat utilitate, novitate perturbat. Lucianus l. 1. c. dilecto, de consang. & affinit. ibi: Unde in hac parte consilium ducimus multitudinis, & observata consuetudini deferendum, quam aliud in dissonantiam, & scandalum populi statuentium, quamlibet arbitrariis. Faciunt text. in l. testamenta 18. ibi: Mox nuptio revertendus est fidelissimae consuetudinis. In rebus enim novis constituendis evidens efficuitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu aequum vitum est: verba sunt text. in l. 2. ff. de consil. Princip. l. minime, ff. de legib. & generaliter quae ab antiquioribus sunt constituta & observata, facile non debent novitate mutari, c. Ecclesiastica 12. 25. q. 2. c. 35. q. 9. c. no puto, 25. q. 2. Castiodorus l. 12. ep. 25. Plerumque solliciti sunt, qui mutatos rerum ordines intuentur, quia saepe praedictos aliquos, qui consuetudines probantur adversas. Alia plura polite, & pollice consilii nostri Solorzanus emb. 31. Iuste ergo Honorius in praesenti, ne novitates facile inducerentur, quas magno opere caveidas tam Philosophi, quam Consulti docuerunt, decrevit, consuetudines antiquas a Capitulo sine Episcopi consensu non esse mutandas.

Nec obstat difficultas pro ratione dubitandi supra adducta, nam omnia quaestiones, utrum Capitulum sine Episcopi consensu nova statuta facere possit, quam examinat Suarez d. l. 2. de legib. c. 11. Angujanus d. c. 4. & nos, est leviter, in c. cum omnes, de consil. discrimen est constituendum inter res, quae spectant simul ad Capitulum & Episcopum, & inter eas, quae tantum ad Capitulum: quod discrimen agnovit Innocentius in c. aboceri, de rescriptis. Quando agit de rebus, quae spectant tantum Capitulum, Canonici per se tantum possunt statuta facere independentes ab Episcopo; cum vero agitur de re utriusque communi, neutiquam, cum facile Episcopo

praedictum irrogaretur: unde cum Honorius in praesenti ageret de rebus, quae spectabant simul ad Capitulum, & Episcopum, ut constat ex illis verbis, Ecclesiae, & praedictum Episcopi; inde consensum Episcopi desideratur. Nec etiam secunda difficultas obstat; nam ratio adducta ab Honorio non ita stricta est accipienda, quin exigente temporum, rerumque ratione, iustum non sit aliquid innovare, cum id evidens utilitas postulat. Benedictus XI. in extrav. 1. de privil. ibi: Nec mirum, quia plerumque pariter novitates discordiam, praesertim dum de eo, quod diu aequum visum est, per novam constitutionem recedatur; nec quare recedatur, evidens utilitas, vel alia causa subest, & simul adest potestas in statuente. Unde cum utilitas, & potestas deficerent in praesenti casu Capituli Parisiensis, ideo Honorius III. ait, novitatem esse cavendam, cum pariat discordias.

Sed superiori assertioni adversatur text. in c. omnes, de consil. ubi proponitur, Canonice Trecentis ex antiqua suae Ecclesiae consuetudine suorum beneficiorum redditus; tam in absentia, quam praesentia percipisse; sed ea consuetudine non obstant, ipsos sine Episcopi assensu, aut consilio statuisse, ut Canonici in posterum recipiendi, non nisi in praesentia proventus praebendam suam facerent, & sic consuetudinem antiquam novo statuto mutasse; quod cum ex relatione proprii Episcopi Pontifex agnovisset, iuste ut pares Canonici, tam praesentes, quam absentes essent, aut iuxta antiquam consuetudinem in absentia fructus percipiendo, aut iuxta novum statutum solum in praesentia; & sic statutum a Capitulo factum esse sustinendum. Ex qua facti specie deducitur, Canonicos sine Episcopi consensu consuetudinem veterem in re gravi, ut residere, vel non, statuto novo potuisse immutare, cum Pontifex jubeat statutum de novo observari. Agnovissent difficultatem ordinari ibi, qui assensu, Ideo statutum in totum confirmatum non esse, quia sine assensu Episcopi factum erat. Ita Innocentius, & Hostiensis ibi. Sed haec sententia refellitur ex eo, quia Pontifex non ideo statutum improbat, quia factum erat sine Episcopi consensu, sed quia aequalitatem non continebat: quare dum ad aequalitatem deducitur, ipsum confirmat. Alii vero existimant, consensum Episcopi ibi praesensse. Ita Decius ibi, num. 2. Berouus num. 25. Exea n. 2. Sed haec interpretatio, praeterquam quod divinationis vitio laborat, non eo refellitur, nam si Episcopus assensum praesert, non potest praedictum statutum improbare, ut fecit coram R. Pontifice. His igitur omissis, dicendum est, Canonicos in eo textu statuta fecisse sine Episcopi assensu in re gravi, & sustineri, quia non intendebant per illud immutare Canonicos a residentia obligatione, sed potius in iuris confirmationem stantebant, ne absentes fructus suos facerent: unde cum qualibet res de facili redeat ad suam naturam, c. ab exordio, 25. dist. 1. si unus, si. patius, ff. de pactis & recte poterunt Canonici etiam irrequisto Episcopo facere praedictum statutum.

Secundo aperto marte nostrae decisioni opponitur text. in c. 1. de his, qui sunt a majori parte, ubi ex Conc. Lat. relatur, quod cum in quadam Ecclesia consuetudine iuramento firmata esset introductum, ut ordinationes, & alia negotia ab omnibus essent tractanda, & approbanda; nihilominus maior pars consuetudinis iurata immemor, statuta condebat, neglecta minori capitulo parte: minor pars opponere similia statuta obtineri non posse contra praedictam consuetudinem; quibus auditis Patres Conc. Lateranensis decreverunt, praedicta statuta esse observanda, non obstante contraria consuetudine, etiam a Capitulo jurata. Ex quo textu deducitur, maiorem Capitulo partem posse immutare consuetudines antiquas, etiam iuratas, irrequisto Episcopo, neglectaque minori parte, contra ea, quae huic loco adduximus. Haec difficultati satisfaciendum est ex verbis sequentibus ipsius textus, ex quibus apparet, consuetudinem in ea specie iuratum, nec ratione iurari, nec sacris congruere statutis; siquidem factam a maiori, & saniori parte, contra tot juris sanctiones, ratum non habebat; unde Canonici poterant eam proprio facto abrogare, etiam sine Episcopi consensu: at vero praesens loquitur de consuetudinibus rationabilibus, & legitime ab ipso Capitulo praescriptis; unde non poterant eas Canonici sine Episcopi consensu mutare.

C A P U T X.

Idem a Majori, & b Burgenfibus de c Rupella.

EX parte vestra fuit propositum coram nobis, quod in terra vestra servata sunt haecenus duo d consuetudines abusive: una siquidem haec est, quod si forte e indigena, vel extraneus f prodigalitate virtus, vel incuria, seu quocumque casu alio dissipaverit, vel amiserit omnia e bona sua, bona uxoris suae, quantumcumque laudabilis, & honeste vitae, tam b mobilia, quam immobilia, pro voluntatis ius arbitrio alienat: quare fit interdum, ut viro defuncto, uxor remaneat i indotata, & superstites filii extrema subiaceant incommodis paupertatis. Alia quoque consuetudo est non impariter reprobanda, scilicet quod si vir ducat uxorem, quae sine conjugii violata committat adulterium manifeste, nihilominus medietatem omnium j bonorum, quae fuerit vir adeptus, impudenter exigit, & improbe apprehendit; quae potius f privanda esset omnibus viri bonis. Quare super his providere vobis Per Sedem Apostolicam suppliciter postulatis. Nos itaque saluti, & utilitati vestrae provide l consulere cupientes, tenore praesentium m declaramus, vos non teneri ad huiusmodi consuetudines, tamquam Juri contrarias, observandas.

N O T A E.

a Majori. Ita etiam legitur in quinta compilatione, & sub tit. de adulteris, c. 1. ex qua textum transcribo. D. D. Gonzal. in Decretis, Tom. I. Pars I.

Majoritatis nomen nihil aliud significat, quam imperium ab aliquo exerceri solum, five alicuius, five inferioris gradus: & Majores dicuntur, qui primum locum obtinent. In constitutionibus Canonorum regularium S. Augustini, in c. de forma, H

Epistolae dicitur: In Cathedralibus Ecclesiis Abates, Praepositi, Er-
res, sicut alii Majores. In Gallia Missi Dominici, Majores dican-
tur, e. u. de Curat. Caroli. In legibus Visigothorum l. 9. tit. 1. l. 6.
legitur: Illius, qui in loco Major est: & Majores dicitur li-
buitores, & nobilitates in lege Salica, & in legibus Burgun-
dionum c. 1. tit. 38. Hinc nomen Majoris factum est nomen
officii, & dignitatis eorum, qui alicui loco praesunt, l. 3.
Cap. c. 107. ibi: Ut Praepositi curas secularis nullatenus exerceant
habeat, ut neque Judices, nec Majores villarum fiant. Apud Graecos
nomen est curacionis, seu villicacionis, Sexta Synodus
can. 17. notatur Bolquetur ad Innocentium III. l. 2. regest.
14. ep. 69. Ciron, ad tit. de mis. or. Et eodem Joannes Vossius de iuris
serm. c. 27. In praesenti Major accipitur pro primario Magis-
tratu, ut obediunt Consules, Jurati, & alii inferiores, ut
apud Innocentium III. l. 4. ep. 63. Anonymus Floriacentem
l. 4. c. 4. ibi: Convocato Gauthero civitem loci Majori. Et quia
temporibus Honorii III. Rapella regebat Majori, ac lo-
ciarietate civium, qui urbem administrabant, ut referunt Pra-
tres Sarm. l. 3. Gallia Christi. fol. 95. ideo Honorius in praesenti
restituere Majori, & Burgenbus ipsius urbis.

b Burgenbus.) Burgenbus sunt nobilitores civitatis, de qui-
bus agemus, in c. Abbas, de his, qui ut.

c Rapella.) Rapella, vulgo La Rochelle, famosa civitas est
Santonum Galliarum in territorio Alineiensi, quae pro varietate
temporum varia est experta Dominis, tum Ducibus, tum Comi-
tibus, ut referunt Praeres Sarmat. de fol. 950. Gutherus in
sua Rapella.

d Consuetudines.) In Gallia enim labente Carolini Princi-
patus robore, Duces, & Comites provinciales coeperunt leges,
ac consuetudines provincialibus dare, ut pro lege eis
uterentur, ut constat ex consuetudine, de in integrum restit. ubi
mentio fit consuetudinis Parisiensis: unde redemptio pago Vva-
siniensi ad Philippum Regem, non prius civis redierat, quam
Rex consuetudines jusserat servatum. Aymonius l. 5.
l. 13. c. 47. Irvenus igitur Fulco fratrem suum, per auxilium An-
degarisium, & Tronehemum baronum, hominum multa viroga
falsa, cum in campo devici, cepit, ut in quo ad finem vite sua
in carcere tenuit, qua petala expeditione, Vvahehense, sicut pro-
misserat. Rex, reitro. Rex autem juravit se servatum con-
suetudines terra illius, aliter enim volebant milites ei facere sua
hominia. Illustrant Alseferra l. 2. de Ducibus, c. 3. idem lib. 3.
rer. Aquitanic. c. 17.

e Indigena, vel extraneus.) Idem, vel in civitate genitus,
vel aliunde natus. Omnes enim illi poterant uti praedictis
consuetudinibus, ut statatis civitatis utuntur in c. qua in Ec-
clesiarum, de consuetudine.

f Produgalitati vicio.) Produgus enim est, qui neque finem
nec modum in expensis habet, sed bona sua dissipando, &
dissipando profundat, l. 1. ff. de curat. furiosi, nihil enim mi-
serabilius accidere potest homini, quam produgalitati vici-
um, siquidem quod diu, & magno fossan labore acqui-
sit, saepe sapientis vicius, quod solummodo, quod
nure deseriunt, Bupides apud Stoebum, l. 13. unde cum
Romani relictus quam Rupellani venerint republice inte-
resse, ne quis re sua male utatur, s. ff. de hoc tempore, l. Infr-
de his qui sine fine, produgus honorum suorum administratio-
nem ut furioso interdicitur, eique curatorem assignabant, &
ea formula verborum a Praetore usitata: Quando bona paterna
negotia tua disperdis, libereque tuo ad expensam perdideris, ab
eam rem tibi commercium interdictum. Et l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6.
l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. ff. de curat. furiosi, l. 1. c. 1. l. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6.
c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. ff. de huc, l. 1. c. 18. ff. de testam. l. 5. c. 1.
ff. de acquir. hered. ad quam produgiorum materiam spectant
text. in l. ut si, quantum rerum, l. 1. Anstibus, s. ff. de acq. hered.
l. 9. §. quomam, l. de reb. credit. l. 1. §. exierit, ff. de honorum poss. l. sc-
cundum tabulas, l. Fulcinus, §. plano, ff. ex quib. caus. l. 29. §. si ca-
rator, §. de pactis, l. si quis cum fratre, ff. pro emptore l. 3. C. de in-
ter, l. 3. de novat. l. 1. ff. de iur. leg. l. cetero, §. si quis sine
ff. de reb. credit. l. Fulcinus, §. idem, ff. ex quibus causis in possesse-
nem, l. admissus, §. ff. de iustitiae iudicis, l. si cum dote, §. 2. §. nu-
merus, §. solut. matr. lib. 25. §. ut si, ff. de admiff. tut. leg. 1. §. si quis
autem, de honor. poss. l. secundum tabulas, l. 2. ff. de minoribus, l. 1.
rator 33. §. 1. ff. de iur. iurando, l. iurandum 29. ff. de condi. indebiti.
l. ex castris 18. ff. de Castror. pect. l. si non numeratim, §. abelo-
scens, §. mandati, l. si quis cum fratre, ff. pro emptore, l. si furiosus
16. ff. de curat. furiosi, l. 1. §. quod si de legibus, & §. si mutuum, ff. si
quid in fraudem, l. 2. ff. quomam rerum, l. si si non 26. ff. de con-
trahenda emp. que in materia huius interdictionis exponenda
sunt, iunctis Alberico, Cumanos, Castrensi, Alexandro, Ja-
sione, Alciato, Duarcano, Ferrero, Cujacio, Donello, & Gi-
fanio in l. si cuius bonis, ff. de reb. obi. Cujacius 22. ff. Julianus, in l. 7.
ff. de curat. furiosi, c. ad Digesta, c. Codicem in c. eod. tit. Fabro in
Papini. tit. 7. princ. 6. l. 1. c. 10. princ. 3. in princ. c. illud, c. illud, c.
cum sequentib. Petro Gregorio l. 6. §. 2. l. 6. Revardo ad l. 12.
Tant. l. 12. Donello 2. comment. c. 18. c. 1. l. 2. c. 2. ad Vald. Petro
Fabro in l. si furiosus 40. de regul. iuris, Bolchort, in tr. de verb. obi. c. 2.
nu. 52. Gedeo de contrahenda stipul. c. 7. n. 34. Antonio Gomez l. 2.
vartio, l. 14. Caldas in l. si fuerit eorum, verbo Cum non absumpti, c.
de in integrum, Gutierrez l. 1. de iudicis, c. 12. Amaya l. 1. obfero,
c. 8. & plura de hoc vicio, produgalitati Theophilus Raynaud,
l. 2. lib. 3. §. 3. c. 20.

g Bona.) Scilicet dotalia, ut constat ex verbis sequenti-
bus, manent indotata, & communiter ita Interpretes sentiunt.
Quae consuetudo erat contra jus scriptum, ex lege Julia, de
iure dotali: lege enim Julia maritis inhibita est fundi do-
talis alienatio, non simpliciter cuiuscumque, & quomodo-

cumque, sed ita si pradia Italica essent, & mulier renue-
ret: ea enim consentiente, illa alienare poterat, non autem
hypothecae dare, l. 1. cum aliis, ff. de iure dotali, princ. p-
cipio, quibus alienare licet. Iustinianus autem, nec consentien-
te uxore pradium dotalis alienare permisit, l. unica, §. 2. de
rei uxore, actio. Docent late D. Nicolaus a Castro in l. 1. C.
de fundo dot. Baldinus l. 2. de iura novissimo, p. 230. Petrus Barbosa
in l. 1. ff. solut. matr. Amaya in l. 1. C. de pradii devotio, & nos jura
hujus materiae dabimus in c. mulieres, de iurur.

h Mobilia.) Mobilia alienare lex Julia non prohibebat, l.
seruum 21. ff. de manumiss. l. dote 9. C. de rei vindic. l. 3. C. de iure
dotium, Docent Petrus ad tit. Cod. de fundo dot. Gorraus lib. 5.
miscel. c. 1.

i Indotata.) Quod vitandum esse, tam facti, quam ca-
farei iuris conditores curantur, cum magnoere republica
interfici, mulieres dotes habere, ut sic nuptis contrahis, li-
beris civitas repletur, l. 1. ff. solut. matr. l. 2. ff. de iure dotium
l. 1. patet 71. ff. de conditionib. cap. ex literis, de sig. c. per vestras, de
dona. inter.

j Omnium bonorum.) Consuetudine enim Gallia receptum
est, ut ex consuetudine acquirere dimidia pars vii debeatur;
alia vero dimidia uxori, c. 2. de donat. inter, ubi Cujacius:
Quod primo consuetudine, postea vero variis legibus apud
nos statutum fuisse, late probabimus in d. c. 2.

k Privanda offer.) Non solum enim dotem, verum etiam
bona constante matrimonio acquisita per adulterium uxor
amittit, ut late dicemus in c. plerumque, de donat. inter.

l Evidens consuevit.) Ex quibus verbis cognoscitur Rupel-
lanos consuluisse immediate R. Pontificem super praedictis
consuetudinibus, quae ad iudicem sacralarem pertinebant;
non quia ut feudatarii R. Ecclesiae subiecti erant R. Poni-
tifici, sed quia ratione peccati consuluit fuit R. Pontifex a
Rupellans, qui in perniciem suam animarum eas consue-
tudines obligare existimabant. Unde saepe sapient Pontifices
cognoscunt, ratione peccati, de rebus mere temporalibus,
cap. novit, de iudicis, cap. relatione de testam. authenticis ut
clericis, §. si vero, collat. 6. ideo Honorius III. in praesenti,
ratione peccati, quod ex observantia dictarum consuetudin-
um nascebatur, de rebus mere temporalibus cognovit.

m Declaramus.) Necessaria enim est declaratio, vitriti-
tatio, cum dubium contingit circa consuetudinem, utrum vi-
delicet rationalibus, an iniusta sit, cum inter, de consuetudi-
ne, Suarez l. 7. de legibus, c. 7.

COMMENTARIUM.

EX hac decisione talis deducitur ab Interpretibus assertio:
Non valet consuetudo, per quam quis induitur ad peccan-
dum, & ad bona dissipanda. Probat textus in cap. de rebus, 4.
dist. mala, dist. 8. cap. ult. de praescrip. cap. ex frequentibus, de
iurur. Illustrant Suarez de legib. lib. 7. cap. 7. Antonius Go-
mez in l. 80. Tauri, nu. 47. & 67. Chafaneus in consuet. Bur-
gund. rubric. ad §. 23. Sahagun in cap. finali, hoc tit. nu. 34.
Roches de Curre in eod. textu, Covar. in 4. 2. p. cap. 8. §. 1.
Cironius in nostro textu, Ant. Mattheus de criminib. fol. 301.
Velasco de privilegib. pauperum, p. 1. q. 54. Penna l. 1. de 147.
Sixtinus consilio 14.

Sed hae decisio difficilis redditur sequenti consideratione.
Nam certum est, consuetudine non solum interpretari vicium
mutari, & abrogari non posse jus positivum, ut etiam
saepo saepius in hoc titulo probatum est: sed prohibitiones
ne produgus, vel maritus possit alienare bona sua, & dotalia,
sunt juris positivi, l. 1. lex, ff. de fundo dotali, & similiter
aquisitio bonorum constante matrimonio est juris positivi;
siquidem consuetudo introducit, et de consuetudo circa
eam, & dotem plurimum potest, ut probat Penas l. 1. de iur.
147. ergo contraria consuetudine potest fieri, ut produgus
sua bona, & maritus dotalia alienet, & mulier adultera
retineat partem conjugalis aequulis. Accedit, nam consue-
tudine excusatur a poena, qui aliquod delictum perpetravit,
ex eo loquitur, quia talis consuetudo introducit, cap. de-
nique 6. 4. dist. 6. obsequantibus 33. q. 4. c. 1. 1. de temp. etiam unde
Doctores affirmant, quod licet consuetudo non excuset a
poena gehenne, excuset tamen a poena temporalis, ut late
probat Alexander consil. 1. 27. volum. 2. Berouss 19. c. quia in om-
nibus, n. 3. Navarvus in c. 1. §. iura de poente, dist. 7. Tiraquel de
penit. tempor. cap. 43. ergo consuetudine in civitate Rupellana
introducitur poterat, ut nullus adultera non privaretur bonis
constante matrimonio acquisitis. Augere secundo, nam prin-
ma consuetudo que nostro textu recensetur, admodum ratio-
nabilis videtur, cum maritus constante matrimonio do-
minus dotes sit, l. dote, C. de rei vindic. l. quomam 75. si si
liberit, res dotalis alienare, l. si ex lapidicinis, ff. de iur. dot. l. 3.
C. ad tit. l. 1. C. de iure legatorum dato: ergo fit ad inopiam ven-
gebat maritus, uxoris bona alienare poterat, ut potest in
Francia, cessante lege Julia, Vvlebem, dist. 15. de ar-
Quia difficultate ita huius non obstante, vera est nostra
assertio, quae Auctoribus iam illustrata, ratione non desti-
tuitur, nam omnino que in decessationem produgalitati hic
facile asserere poterant, cum produgus non solum sua di perdit
verum & statim aliena appetat, ut ait Salviauus de Ecclisna Cath.
concedendo Rupellanonum iniqua erat, siquidem invitabat ad
peccandum propria dilapidantes, sinecundo non solum aliena
appetere, verum & perdere: & cum republice intersit, ne
quis re sua male utatur, §. sed hoc, iustit. de his qui sine fine: & ut
dotes

dotes conferuntur, l. 1. ff. solut. matr. non minus corrupepla
secunda consuetudo erat, & omni aequitate carebat, & ratio-
ne; siquidem cum intersit republica, ne delicta maneant
impunita, l. ita voluerunt 14. ad leg. Aquil. & publice saluti ex-
pediat infortes puniri, & peccatores coerceri, l. 3. l. honore,
ff. de officio Praefat. l. locatio 9. §. quod illucina, ff. de publican. c. ut fa-
mas, de seut. excom. iuste Honorius III. praedictas consue-
tudines irritas declaravit, cum invitarent ad peccandum, mu-
lieri adulteri impunitatem concedendo, produgisque aliena
appetendi consilium praestando.

Nec obstat ratio dubitanti supra adducta, nam licet con-
suetudine tolli possit jus positivum, id tamen procedit, cum
consuetudo rationalis est, ut saepe in hoc titulo inculcavi-
mus cum consuetudines, de quibus in praesenti, fuissent
a ratione prorsus alienae, non poterant sustineri, aut juri com-
muni derogare, Nec argumentum obstat, in quo dicebamus,
rationabilem esse consuetudinem ex eo, quia maritus habet
dominium dotes, nam tunc negatur. Et licet daretur, &
delibatum, cum careat primario effectu, qui consistit in a-
lienandi facultate. Difficilis est quod in ultimo argumento
dicebamus, videlicet consuetudine introduci posse, ut de-
liquens ad poenam non teneatur, de cap. de rebus, nam licet
consuetudo, quae omnium consensu inducitur, excuset a
poena; id tamen procedit, modo non fit contra jus divi-

nam, aut naturale, aut velatur circa rem gravem, c. non
satis, c. cum Ecclesia, c. ea qua de simonia, c. inter, de excess. Prae-
Tiraq. ubi supra. Unde cum in nostro textu veritate con-
suetudo circa adulterium, quod est delictum maximum, &
quid in omnibus, 32. q. 7. consuetudine introduci non poterat,
ut uxor adultera lucraretur bona constante matrimonio ac-
quisita.

Sed nostrae decisioni opponitur text. in c. fin. de donat. inter,
ubi postquam Gregor. IX. docuit dotem soluto matrimonio
uxori esse restituendam, & donationem propter nuptias a
marito, eam apponit exceptionem, nisi consuetudine, aut
pacto contrarium inducatur fit: ergo consuetudine intro-
duci potest, ut uxor maneat indotata, & maritus dotem retineat,
aut eam alienet, & per consequens nostri textus consuetudo
sustineri poterat. Cui difficultati respondendum est, negan-
do Gregor. IX. in eo textu asserere, consuetudine, aut pacto
fieri posse, ut superflua uxore, soluto matrimonio dos
illi non restituatur, nulla enim consuetudo hoc facere po-
teat, ut mulier superflua dotem non recuperet, l. Artifice-
nus, l. si liberis 17. ff. de pacts dotal. Gregorius enim lo-
quitur casu quo mulier decepsisset: tunc enim ad hereditas,
aut quibus pacto, consuetudineve competiit actio rei uxori-
tae, dos restituenda est virtute pacti, aut consuetudinis, ita
tamen ut pacto fieri non possit, quin uxor maneat indotata.
Docet Cironius in quinta compilatione ad nostrum textum.

CAPUT XI.

a Gregorius IX.

CUm tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent, & alligantam, nemo sane mentis
intelligit e naturali juri (cujus transgressio periculum salutis inducit) quotumque consuetudine (quae dicenda
est verius in hac parte corrupepla) posse aliquatenus derogari. Licet etiam longeva consuetudinis non fit vltis d
auctoritas, non tamen est ulque adeo validura, ut vel juri positivo debeat praerudicium generare, nisi fuerit e ra-
tionabilis, & legitime praescripta.

NOTAE.

a Gregorius IX.) De eo ego in c. fin. de consilii, qui pre-
sentem constitutionem motu proprio edidit, & a
nemine consultus.

b Alligantam.) Consonant text. in c. cum habere 5. de eo qui
duxit in vitam, c. solvitur 22. qu. 1. c. non satis 8. deSimon. eo enim
longius Deum sibi offensum tenet, unde peccatum arguetur,
c. 1. de penit. dist. 5. Conc. Moguntinum IV. ca. 87. ibi: Non ob-
stantibus quibuscumque consuetudinibus, cum impunita longinquitas
temporis patrocinari non debeat. Plura Simon Majolus dicitur
canon. fol. 677. Sed huic principio obstat videtur text. in l. si
diutius §. de penit. ubi ait Modestinus: Quod si diutius tem-
poris aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena sublevaridetur.
Sic enim consuetudo est, non eo modo poenae, sed quae tempore
longo agant, quam eos qui recitari sententia excipiunt. Ex quibus
verbis Accursius illi deducit, in crimine persistente mitius
esse puniendum; & Julius Clarus l. 5. sent. §. ult. q. 6. ex eo
textu probat, delicta post decennium non puniri: igitur diu-
rnitas temporis peccatum non auget, sed minuit, aut tol-
lit. Quem textum ut exponamus, sciendum est, in reatu esse,
in eo textu non accipi pro eo, qui durat in peccato, ut
plerumque reatus accipitur, l. 1. §. qui operis, ff. ad Trebel. quia
etiam jure civili, qui diutius in delicto perseveravit, gravi-
us punitur, l. in vicinio 6. §. inanes, ff. de furtis: sed accipi
ibi reatum pro carcere, itaque misero & squalido roa-
rum, ut apud Martialem l. 2. epigram. 24.

Si det iniqua tibi tristis fortuna reatum,
Squalidius verbero pallidiorque reo.

Cum fordida veste, ut ait Consilius in l. finali, ff. ad leg. Jul.
maiest. & notavit Badius in l. rom 39. ff. de injuriis. Reatus
enim apud Romanos dicebatur tempus illud, cum die dic-
ta, & accusatione proposita, reus in Tribunali compare-
bat, ut se defenderet, ore mutus, habitu fordibus, squal-
ore, & signis tristitia notabilis, ut describit Sidorius l. 1.
epist. 17. ubi Svarius: de quo tempore accipiendum est textus
in l. 3. §. quod pater, ff. de ruer. c. honorib. Addendi sunt Calis-
tus Ramirez de Prado in d. epigram. 44. Marcialis, Raderus
ad epigram. 22. Salmut. ad Phaedrum, lib. 1. tit. 44. pag. 186. Lapsus
l. 7. de h. c. 13. Petrus Faber l. 2. in epist. c. 7. Rugnellus praedictar.
q. 39. n. 6. Nicolaus Romeo in epist. Calvini, color. 70. de iustitia,
§. fol. 517. In eo enim squalore & reatu §. si diu reus jacue-
rit, delictum minuitur, & ideo mitius punitur, l. omis, ff. de
penit. l. 1. Pauli, §. fraudis, ff. de veni damnat. l. adfuerit, §. in
reatu, ff. de iur. iur. l. 2. de his qui notant, in seno, l. 6. §. hoc, ff. si
quis emulacris a testam. quo modo textum illum accipiant Al-
ciatus l. 2. p. 106. Corraus l. 2. miscel. c. 20. Caldeira l. 3. va-
riar. c. 3. Covar. 2. var. c. 9. Parladorus l. 3. different. c. 51. Suarez
in addit. ad Gomezium l. 3. c. 1. littera C.

c Naturale.) Jus naturale hic accipitur pro eo, quod di-
vina quadam providentia apud omnes gentes observatum est,
quod aliqui adus veniunt, praecipiantur, alique praecpta
contineantur, ut principia moralia, quae evidenter habent
honestatem necessariam ad rectitudinem morum: Grovius de
jure belli, l. 1. c. 110. Suarez de legibus, lib. 2. c. 7. Salcedo de lege
pob. l. 1. c. 7. n. 8. & nos in apparatu ad hae commentaria.
Et transgressionem huius juris naturalis peccatum inducere,
D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. I. Pars I.

recte ait Gregorius IX. in praesenti; nam lex naturalis sem-
per obligat in conscientia, ut tamquam de fide certum do-
cent Theologi ex illo Pauli ab Rom. 2. Quicumque sine lege pec-
caverunt, sine lege peribunt, quia videlicet legem naturalem trans-
gressi sunt. Ratio est, nam lex naturalis lex Dei est: ergo
omnes homines obligat. Sed difficile illud est, qualiter sola
lex naturalis obliget in foro conscientiae, & sufficiat ad aternam
damnationem, etiam si omnis lex supernaturalis ignora-
tur, praecipue cum naturalis ratio non cognoscat aeternam pen-
nam, ergo nec lex naturalis poterit obligare sub reatu poenae
aeternae, & contingeret nec sub culpa mortali: culpa enim
mortalis est, quae poenam aeternam incurrit: at lex non
potest obligare ad illam poenam, quam non potest manifestare:
ergo lex naturalis non obligat cum discrimine salutis
aeternae. Sed respondendum est, quod licet lex naturalis
in nobis sit ipsa ratio, in Deo tamen est ratio, & volun-
tas divina: satis ergo est, quod Deus legem naturalis condi-
tor cognoscat penam transgressoribus illius debitam; ad in-
currendum enim aliquis poenam reatum non est necesse, quod
transgressor legis cognoscat poenam debitam, sed satis est,
quod faciat actum tali poena dignum.

d Non fit vltis auctoritas.) Hae verba etiam reperuntur in
c. cum caussa 8. de re iudic. l. 2. C. qua sit longa consuetudo, l. 1. c. 26. §. 1.
versus, non teneat, Cod. de iurur. cap. consuetudinis, 1. dist. novella
106. Justiniani, cap. 1. sed tempus difficulta ab Interpretibus
judicantur, ut infra dicemus in finali.

e Rationalibus, & legitime.) Ex his verbis videtur deduci,
consuetudinem irrationabilem, nec legitime praescriptam,
aliquid roboris obtinere, quod valde absurdum est; quare
notandum est Gregorium IX. differentiam constituisse inter
consuetudinem juri contrariam, & nulli juri adversam. In
consuetudine juri contraria iudicium habendum est, an ratio-
nem contineat, sique legitime praescripta, ut legem juri-
stam, & ejus rationem tollat, argumento legis nihil, ff. de
iustit. §. iure, vltimo c. vlti dntem, 4. dist. In alia vero consue-
tudine legibus non contraria, non est inquirendum, an ratio-
nem nitatur, vel non, quia huiusmodi praesumptionem ratio-
nem habet, ut ipsa lex; & ideo non de ipsa, licet secun-
dam ipsam, judicandum reliquit D. Aug. in c. consuetudinis,
11. dist.

COMMENTARIUM.

EX hac Gregorii constitutione talis deducitur exponenda
assertio: Consuetudo non derogat juri naturali, qui dicitur
nec positus nisi sit rationalibus, & praescripta. Probat c. mala,
c. exortem, c. consuetudinem, cum aliis, 8. dist. cap. assus, cum
aliis, 11. dist. cap. cum contractas, & de foro compt. c. cum Ete-
lan, de causa plessell. c. 1. de his, que hant a mai. c. ad nostrum, c. 22
parce, hoc tit. l. 1. ff. de iurur. l. idem 10. §. si reculator, l. 1.
mandati, l. vadiator 13. §. si constat, ff. communiis proclitorum, l. 1.
itemos §. 2. ff. quod cuiusque, Tied. l. 24. de reform. cap. 20. l. An-
sti. 1. parisi 1. l. 5. tit. 3. l. 9. tit. 7. p. 5. Justinian. novel. 134.
ibi: Qua impoeta excipitur iustis, ea nec longa consuetudine con-
firmari solent. Illustrant plures congesti a Barbosa in nostro
textu, c. 1. p. 2. n. 8. & nos in apparatu ad hae commentaria.
& Camillus in relationibus, nostri textu, Suarez l. 7. de legibus, c. 19.
Badius de iur. l. 6. c. 4. Hallier. de iurur. l. 7. c. 1. art. 4. Artilana

18 Exponitur e. fin. de donat. inter.

14 Conclusio interdicta & probata.

15 Impugnatur ut tradita alicui.

16 Traditur decidendum.

